



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ethica Guilielmi Adolphi Scribonii, Ex Aristotele Et Aliis  
summis philosophis repetita**

**Scribonius, Wilhelm Adolf**

**Hanoviae, 1593**

**VD16 S 5114**

Cap. III. Virtutem consistere in mediocritate.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56572)

Virtutem consistere in mediocritate.  
*Quare virtutis actiones in mediocritate con-*  
*stituuntur?*

*Plato in* Quia omnes immoderate actiones in utra-  
*Timao: O-* que partem nocent naturis. Eadem autem ra-  
*mne nemiū* tio est in virtutibus. Qui enim fugit pericula  
*vertitur in* omnia, is timidus & ignavus evadit: qui nul-  
*vitium.* lum omnino timet, is audax habetur.

*Quam intelligis mediocritatem?*

Eam quæ sumitur secundum proportionē  
Geometricam, quæ Aristoteli dicitur *μετρίως*  
*καὶ ἰσότης.*

*Cur ea potissimum mediocritas in virtuti-*  
*bus locum obtinet?*

Quia circumstantiæ mirum in modum va-  
riant & mutant mediocritatem: Idcirco ne-  
cessum est, ut prius collatio fiat aliarum rerum  
& personarum, & inquisita proportionū qui-  
litate inter res & personas mediū constituatur.

CAP. IV.

De virtutum generibus.

*Virtutes quotuplices sunt?*

Virtutes aliæ sunt intellectivæ: aliæ morales.

*Morales virtutes quenam sunt?*

Quæ versantur in regendis actionibus ma-  
ximè externis animæ tum irascentis, tum con-  
cupiscentis.

*Quomodo subdividuntur?*

In simplices & simplicibus conjunctam.

*Simplicia*